

Lectiones in Academia Fridericiana Publice Et Privatim ... Habendae

**SS 1784 : Lectiones In Academia Fridericiana Publice Et Privatim Per Instans
Semestre Brumale 1784. Habendae**

Buetzovii: Ex Officina Fritziana, 1784

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1787846865>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





M. 1784
85

LECTIONES

IN

ACADEMIA



FRIDERICIANA

PUBLICAE ET PRIVATIM

PER INSTANS SEMESTRE BRUMALE

1784

HABENDAE.



BVETZOVII

EX OFFICINA FRITZIANA.

LECTIONES

ACADEMIAE


FRIEDERICIANA

PUBLICAE ET PRIVATAE

PER INSTANS SEMESTRE BRUMAII


1784

HASSENDAE



BYLZOVII

PER OFFICIAE YLLIARIAE



LECTIONES THEOLOGORUM.

D. C. A. DOEDERLEIN, juvante Deo præleget PARTEM ALTERAM THEOLOGIÆ MORALIS, & absolutis propediem prælectionibus isagogicis in LL. symbol. tradet HISTORIAM ECCLESIASTICAM recentioris ævi, inde a coepta reformatione usque ad primam pacem relig.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Confist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. O. fretus auxilio DEI per semestre hibernum *Theologiam Dogmaticam* docebit, &, prout rationes A. A. postulauerint, vel præcepta *Theologiae Pastoralis* tradet, vel *Epistolam Pauli ad Hebraeos* interpretabitur.

* 2

D.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, S. S. Theol. P. P. E.
si Domino complacitum fuerit, 1) *Theologiæ dogmaticæ* alteram partem tradet, summa ope conisurus, ut ne quid harum lectionum in ætatem reiiciendum sit: 2) in explicandis *Euangelis* perget, pariter & in his ad finem contendens.

IURECONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, I. V. D. & P. P. O. nec non S. D. R.
a consiliis iustitiæ in semestri brumali explicabit

- 1) *Digesta*, duce Boehmero.
- 2) *historiam mecklenburgicam* &
- 3) *suam offert manuuctionem ad praxin forensẽm.*

EOB. TOZIVS, Sereniff. Duc. a consil. iustit. & Iur. Publ.
Prof. O. hora XI. commentabitur ad *Capitulationem nouissimam.*

D. IOANNES IACOBVS PREHN, Consistorii Ducalis
Consiliar. & Prof. Iur. P. O. futuro semestri docere constituit

- 1) *Institutiones iuris ciuilis* ad ductum compendii *Heimeccio-Hoepfneriani*,
- 2) *Pandectas* duce B. HELLFELDTIO,
- 3) *Ius Criminale* ex principiis B. MEISTERI, &
- 4) *Ius Canonicum* praeunte GE. LUD. BOEHMERO, aut *Ius Publicum* S. R. I. ad filum elementorum IO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW.

MEDI-

MEDICORUM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, totius Academiæ Senior, propter imbecilem valetudinem, cum qua hoc anno imprimis conficiatus est, nondum certi quid promittere valet; si Deus tamen vitam & vires iterum concesserit, Materiam sic dictam medicam explicabit, vel si qui fuerint, qui in aliis artis salutaris partibus erudiri desiderabunt, horum expectationi pro posse respondebit.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Med. P. P. O. & *SERENISSIMI DUCIS Consil. aulicus*

Hor. IX-X. methodum medendi, thesesque materiae medicæ secundum ejus: Verzeichniß der Arznei-Mittel zur Cur-Methode, explicabit.

Hor. X-XII. Wird er auf hohen Herzogl. Befehl, die Hebammen in der Entbindungs-Kunst unterrichten.

Hor. II-IV. Anatomen corporis humani, usus tabulis suis anatomicis tradet.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Sereniss. Duc. Regn. Megap. Archiater & in Aula a Consiliis, P. P. O. futuro semestri hiberno, data occasione, Prælectionibus Pathologicis & Semioticis, vacabit. Illis quoque, qui in therapeutica cognitione instrui volunt, lubenter inserviet.

PHILOSOPHORUM.

EOB. TOZIVS, Hist. Prof. P. O. Sereniss. Duc. Consiliar. iussit. hora X. res in Imperio R. G. pace belloque gestas, cum

perpetua ad ius publicum adplicatione; enarrabit secundum
Compendium *Pütterianum*: Kurzer Begriff der Deutschen
Reichsgeschichte.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, SER. DVCI REGN.
a conf. Aulae, OOLL. Prof. P. O. & Bibliothecae Praefectus

In continuandis lectionibus in Vet. Test. cursoriis, & institutionibus syriacis & arabicis strenuus erit, nec iis defuturus, qui diplomaticam orientalem aliaque ad palaeographiam orientalem spectantia momenta se duce percipere cupierint.

SAMUEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a Consiliis Aulae, ac Juris N. & G. Prof. P. O. per instantem hiemem *Logicam & Metaphysicam* e breviario *Federiano* exponet; *Philosophiam moralem* e libro *Darjesiano* docebit; ac *Jus Naturae universum* praelucente Perill. *Hoepfnero* interpretabitur. Horas e valvis publicis suo tempore significabit.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. P. P. O.
1) *Metaphysicam* profitetur e suo compendio tradendam: 2) strenuos quosque ad disputationes inuitat.

P. I. HECKER, Math. P. P. O. docebit 1) arithmetica, geometriam & trigonometriam, 2) calculum litteralem & algebrae, 3) opticas & astronomicas scientias; praeunte celeb. *Karsten* in seinem *Auszuge aus den Anfangsgründen zc. der mathem. Wissenschaften*.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, Oec. P. P. O. quam hucusque priuatissime docuit, *Archite-*

chitecturam civilem & militarem, sedulo continuabit. Praeterea vero Commilitonibus Aestumatisimis, qui institutione sua uti cupiunt, mathesin applicatam secundum Barstensi's Auszug & Politiae praecepta, praeunte Perill. ab HOENTHAL in libro de Politia horis e tabula publica indicandis, docebit.

DOCTORUM PRIVATORUM.

IOANNES IACOBUS LANGE, I. V. D. & F. I. A. O.
per instans semestre docebit

- 1) Institutiones iuris civilis secundum compendium Heineccianum ab Hoepfnero emendatum: hora antemeridiana XI - XII.
- 2) Digesta secundum Helfeldii doctrinam forenses hora IX - X. ante meridiem & II - III. post meridiem.
- 3) Principia iuris feodalis praeunte Böhmero. Horam secundum vota Commilitonum aestumatisimorum determinabit. Nec
- 4) iis deerit, qui forsân iurisprudentiae caventi, aut rei litterariae iuridicae operam studiumque navare volunt.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, instante semestri
docebit

- 1) antiquitates iuris Romani, ad filum Selchovii;
- 2) hermeneuticam iuris, praeunte Conradi in observatione iuris civilis Volum. I.
- 3) pandectas, ad Boehmerum aut Schaumburgium;
- 4) ius Germanicum priuatum, Selchovio duce. Si qui denique sunt, qui practica forte aut examinatória cupiunt, lubens his etiam operam pollicetur. Horas tabula indicabit.


IOA-


M. IOACH. HENR. LUDEWIG, L. A. Lector Publ. & I. U. C. studiis Commilitonum inservire paratus, Deo adjuvante, diebus Lunae, Martis, Jovis & Veneris hora I-II. Incipientibus, Linguae Anglicae elementa tradet, aliis autem horis, stili loquendique praecepta suppeditabit, insuper etiam si forsan aequus adsit numerus auditorum, dictis diebus hora IX-X. Historiam Imperii Romano-Germanici docebit ad filum Compendii Illustr. Pütteri, kurzer Begriff der deutschen Reichsgeschichte inscripti.

* * *
LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallicae Magister linguam suam non solum docebit, sed eam etiam ad scribendi loquendique usum traducet.

* * *
Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magistros quoque habent, artium eo pertinentium peritissimos.

P. P. BUETZOVII ante Festum Michaelis 1784.





the scale towards document

MEDICORUM.

CHRISTOPH. DETHARDING, totius Academiarum imbecillem valetudinem, cum qua hoc anno status est, nondum certi quid promittere valet; vitam & vires iterum concesserit, Materiam sic explicabit, vel si qui fuerint, qui in aliis artis sacerudiri desiderabunt, horum expectationi proficit.

CHRISTUS SCHAARSCHMIDT, Med. P. P. O. & Ducis Consil. aulicus

methodum medendi, thesesque materiae medicum ejus: Verzeichniß der Arznei-Mittel zur Methode, explicabit.

Wird er auf hohen Herzogl. Befehl, die Hebamer & Entbindungs-Kunst unterrichten.

Anatomen corporis humani, usus tabulis suis tradet.

CHRISTUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Sereniff. Cap. Archiater & in Aula a Consiliis, P. P. O. subterberno, data occasione, Praelectionibus Pathologicis, vacabit. Illis quoque, qui in therapeutica sibi volunt, lubenter inserviet.

PHILOSOPHORUM.

S. Hist. Prof. P. O. Sereniff. Duc. Consiliar. iuris in Imperio R. G. pace belloque gestas, cum

* 3